

rium ipsum, soluerint census, & alia, que tenentur, Cum vero aliquis locum suum dimittere voluerit, faciat de domibus suis, quod voluerit, sed terra remaneat monasterio sicut prius, Si vero aliquis nobilis, ecclesiasticave persona ibi manere decreuerit, det monasterio super hoc litteras protestacionis sub suo, vel aliorum fide dignorum, & ciuitatis sigillis, se nihil juris habere in fundo, quem ibidem intendit de licentia dumtaxat abbatisse & conuentus occupare, In cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo est signatum, Datum, Alsnø, anno domini, M^o.CC^o.LXXX^o, Octauo, Die veneris post octauam Natiuitatis virginis gloriose.

Sigillet bortfallet; gula och röda silkestrådar qvar.

979.

1288 d. 18 Sept.

Lund.

Ärke-Biskop JOHANS i Lund Skrifvelse till Ärke-Biskop Magnus i Vpsala och hans lydbiskopar, hvaruti dem meddelas 3:ne vidimerade Påfven Innocentius IV:s bullor, funna i Herridsvads kloster.

A. 2. a. 3. 4.

JOHANNES dei gracia Lundensis archiepiscopus svethie primas venerabilibus. in christo fratribus .M. eadem gracia vpsalensi archiepiscopo confirmato, & uniuersis suffraganeis eius salutem & paternam in domino caritatem. sub sigilli nostri testimonio tenorem auctenticorum domini pape innocencii quarti & serie sicut ea apud heriuadum domum ordinis cisterciensis inuenimus vobis destinantes rogamus sane consulendo, quatinus fratres dicti ordinis qui apud vos sunt contra tam euidens mandatum summi pontificis vexari nullatenus permittatis. sunt igitur in hunc modum. Innocencius &c *Se föregående* N:o 374 375 och 400. Nos uero quia predictas litteras vidimus non abollitas, non abrasas, non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte corruptas, vera bulla plumbea ac filo canapis integro bullatas in veritatis testimonium sigillum nostrum, & sigillum abbatis dicti monasterii presentibus duximus apponenda. Datum Lundis anno domini. M^o.CC^o.LXXX^o.VIII^o.XIII^o. kal. Octobris.

Sigillen: 1 Ärke-Biskopens i mörkgrönt vax; 2 Abbotens i blekrödt vax.

980.

1288 d. 3 Dec.

Källandsö.

Biskopen i Skarn BRYNOLFS fullmakt för Caniken Mag. Nils och Bengt att, om Biskopen icke med råd och dåd bistår Konungen och dess arfvingar eller om han hemligen eller oppenbarligen lemnar Konungen eller Kongl. husets fiender något bistånd, då, såsom dertill fullmyndiga ombud, underkasta honom den bannlysning Ärke-Biskopen i Upsala derföre utfärdar.

A. 2. d. 6.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. BRYNIOLPHUS miseracione diuina skarensis episcopus in domino salutem. nouerint uniuersi quod nos facimus.

constituimus & ordinamus discretos uiros. dominos. Magistrum nicolaum canonicum & benedictum. procuratores nostros & nuncios speciales quemlibet eorum in solidum ita quod non sit melior condicio occupantis set quod unus eorum inceperit alter ualeat consummare. dantes. & concedentes. eisdem procuratoribus nostris & cuilibet eorum in solidum plenam & liberam potestatem submittendi nos excommunicationis sentencie per reuerendum patrem dominum vpsalensem in nos ferende super articulis infrascriptis saluis tamen in omnibus & singulis consciencia nostra iure nostro iure ecclesie nostre. & ordine. videlicet quod nunquam erimus contra regem. seu illustres liberos suos nocuus consiliis. ausiliis publicis & occultis. set ipsum dominum nostrum regem & inlitos liberos ipsius iuuabimus. & eis astabimus quantum possumus. saluis consciencia. iure ecclesie nostre & ordine. in licitis & honestis. Item quod neque fratres nostros neque alios quoslibet quos inimicos domini regis nunc esse noscimus. seu nouerimus in futurum. in sui preiudicium aut regni detrimentum. fouebimus. publice. vel occulte. neque procurabimus. seu procurari faciemus. siue infra regnum siue extra. quod secundum conscienciam nostram. preiudicium prestare poterit regno. seu regie maiestati. & si ueraciter scire poterimus aliud a personis fidedignis quod ipsi domino nostro regi. seu liberis suis illustribus obesse poterit. hoc ei aut alicui aduocatorum suorum prout utilitati regni. secundum conscienciam nostram expedire crederimus curabimus intimare quam excommunicationis sentenciam *extunc* si contra fecerimus incurremus. Ratum & firmum habituri quidquid per dictos procuratores nostros uel ipsorum alterum factum fuerit in premissis & quolibet premissorum in cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum qualdinshø anno domini. M°.CC°.LXXX°.VIII°. die ueneris proxima post festum beati andree.

Sigillet finnes.

981.

1288 d. 10 Dec.

Sigtuna.

RAGNHILD ERLAND ENGELS dotters Testamente af fastigheter till Sigtuna kloster, samt till Kyrkor och kloster penningar, hvilka skulle utgå af Wenngarn, Tullgarn, m. m.

In nomine patris & filii & spiritus sancti, amen, Cum terminus mortis eunctis mortalibus sit incertus. & propter varios humane fragilitatis euentus gestarum rerum memoria per obliuionem cito dilabitur nisi voce testium & litterarum indicijs confirmetur, Idcirco ego RAGNILDIS ERLENDI quondam filia, nunc vxor Domini Magni Gregorij, ad vniuersorum deduco noticiam per